



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

257. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

124 R E G I N O N I S L I B . I.

Vide lib. 6.  
Capitular.  
c. 73.

Ecclesiam. Itaque nullus Presbyter plures præsumat habere Ecclesiæ, nisi forte alios Presbyters sub se in unaquaque illarum habeat qui nocturnum atque diurnum officium solemniter adimpleant & Missarum celebrationes cotidianis expleant ceremoniis.

Ut nullus Presbyter alterius parrœchianum recipiat.

Concil. Nan-  
ner. c. 2.  
Lib. 1. Capi-  
tular. c. 153.  
Burchard. lib.  
2. c. 91.

C C L V . Ut nullus Presbyter alterius parrœchianum, nisi in itinere fuerit, vel placatum ibi habuerit, ad Missam recipiat.

*Caput hoc non extat in codice Helmsta-  
dienſi, neque in Parisiensi. Quia tamen ex in-  
diculo capitum qui præfixus est initio codicis  
Parisiensis conſtabat caput iſtud hoc loco deſ-  
ſe, nos buc tranſtulimus ex libro primo Capi-  
tularium. Vide ſuprā cap. LXI.*

*Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Car-  
thag. 1. c. 7.  
Addit. IV.  
c. 22.

Cassianus Episcopus dixit: Statuat gravitas  
vestra ut unusquisque Clericus vel laicus non  
communicet in alia plebe fine litteris Episcopi  
ſui.

De eadem re. *Ex Capitularium lib. I.  
tit. CLXXXVII.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 154.

C C L V I . Nullus Presbyter in alterius  
parrœchia Missam cantare præsumat, niſi in  
itinere fuerit, nec decimam ad alterum perti-  
nentem audeat recipere.

De eadem re.

C C L V I I . *Deeft hoc caput in codicibus*

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 125  
Helmestadiensi & Parisiensi. Nos, cum nihil  
certi nobis occurreret quod reponeremus, nihil  
temere presumendum censuimus. Si quis tamen  
hunc hiatum suppleri desiderat, utatur capite  
XXXIII. Concilij Carthaginensis quarti.

Ut Episcopus in alterius Episcopi parræchia  
ordinationem non faciat. Ex Concilio  
Antiocheno.

CCLVIII. Episcopus alienam civita-  
tem, quæ non est illi subjecta, non adeat, nec  
ad possessionem accedat quæ ad eum non per-  
tinet, nec ordinationem ibi faciat, nisi forte  
cum consilio & voluntate regionis Episcopi.

Ut nullus Presbyter aut laicus pœnitentem  
invitet vinum bibere aut carnem mandu-  
care. Ex Capit. lib. I. tit. C L I.

CCLIX. Ut nullus Presbyter aut laicus  
pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem  
manducare, nisi ad præsens pro ipso unum vel  
duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ  
dederit.

Ut nullus Presbyter cartas scribat.  
Ex eodem.

CCLX. Nullus Presbyter cartas scribat,  
aut conductor sui senioris existat.

Ut nullus, contempta minore Ecclesia, ad  
potiorem aspiret. Ex synodo  
Meldensi.

CCLXI. Si quis de ordine sacerdotali,  
contemptu minoris Ecclesiæ, ambitiosè & im-

Concil. An-  
tioch. c. 22.  
Burchard. lib.  
I. c. 71.

Lib. I. Capi-  
tular. c. 157.

Lib. I. Capi-  
tular. c. 158.  
Riculf. c. 15.

Concil. Meld.  
c. 30.  
Burchard. lib.  
3. c. 48.